

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Kurtze LeichPredigt ... Bey der Christlichen vnd  
Volckreichen Begräbnuß der ... Annæ Chemnitzin, Deß ...  
Herrn Samuelis Scarlachii, Philosoph. & ...**

**Cramer, Daniel**

**[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1632**

**Elegiae Funebres**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

# ELEGIÆ FUNEBRES

*In* HONOREM ET MEMORIAM

ANNÆ CHEMNITIÆ,  
MATTHIÆ J. U. D. CONSI-  
LIARI ET PRAESIDIS ELE-

ctoralis Consistorii Colonie ad

Syevum, FILIÆ,

SAMUELIS SCARLACHI

MED. D. & PROFESSORIS P.

in Academia Marchica

Conjugis carissimæ,

POST DIREPTIONEM ACADEMIÆ

URBIS FRANCOFURTANÆ  
BELLI PESTISQUE PERICULI

vitandi gratia

SEDINUM POMERANORUM

commigrans

SEGUNDA DEI VOLUNTATE

Partim morbo partim mœrore

contabescens

ANNO CIO. IO. CXXXI. 24. Septembr.

fato suo functa

ibidem.

IN ADE D. VIRGINIS 27. Septemb.

honorifcentissimè sepulta,

Appropinquantem æternam æpoxiæq; exspectat.

D

ELIGIE TINNEBRES

*Ad* Clariss. & Excellentiss. Virum.

DN. D. SAMUELEM SCAR-  
LACHIUM MEDICUM, COM-  
patrem & Collegam,  
&c.

 *Mbra velut corpus sequitur: sic momi-  
ne quovis  
Mors homines: locus haud ullus, ubi  
illa procul:  
Qui fugiunt, non effugiunt fera spicula  
Mortis,*

*Insequitur, tanquam bestia Niliaca.  
Prateritus testes bene multos exhibet annus  
è sexu primo, de se quiore simul.  
ANNA decus matronarum SCARLACHIA, mutat  
Fussa locum: mutat non tamen agrastatum  
Corripitur morbo: frustra medicamina Paeon  
Sive Asclepiades alter & alter habent.  
Fata urgent, cedit fatis urgentibus ANNA  
Gnara, pios quo vis non male obire loco.  
Fugerat iratum, placatum Numen adibat,  
& benè, placato Numine suscipitur.  
Hoc iter ad Patriam fuit exoptabile fessa,  
Triste tamen Viduo, nunc quoq; dimidio.*

SCAR-

SCARLACHI, lumen Vatum, qua vulnera sentis,  
Constitutam quali parte coire queant. R. 9  
Vulnerat & sanat Deus, & qua basia Gnatis  
figit, acerba licet, figit amore pio.  
BERGIUS ecce Gener, sacerorum Antistes, abunde  
exempli potis est Cor animare suo.

Jungemur cœlis, breve erit, jungemur amantes,  
ELISABETHA meum suaviolum, ANNA tuum.  
Conficiamus iter reliquum, vel possibus & gris,  
Hora, ubi vix speres, grata superveniet.

Christophorus Pelargus D.

---

## ANNÆ CHEMNITIÆ

*panegyrica.*

Fulget in excelsis præstans Matrona theatris:  
Francofurtana qua decus urbis erat. R. 9  
Qui candor byssi solet esse & sindonis alba:  
SCARLACE talis ANNA pudica fuit.  
Hujus qui tentat complecti carmine laudes  
Cen Phæton ponti ludibrium esse volet.

Gregorius Francus S. Th.D.  
& Profess. Publ. H.

D. 2

ELEGIA

**ELEGIA**  
Post luctuosum Socrus desideratissimæ in exilio

apud Sedinenses; & Fratris uterini in Gallicâ pe-  
regnitione; aliorumq; alibi ca-  
rorum obitum, nunciatum

Bremæ:

**E**sset ut in nostro nostris solamen amore,  
Quos mecum dulcis copula, STORGÆ, ligat:  
Usq; id, crede mihi, prima inter vota, precesq;  
Præcipuas, cælo non renuente, fuit.  
Eripit at primum mors immatura parentes:  
Mox plane & patriam sors inimica negat.  
Reddit abundè alibi NUMEN patriamq; parentesq;  
Et quos agnati sanguinis instaramem.  
Cum placuisse videt alio mox dividit: illic,  
Nox, ait, infelix, at peregrinus eris.  
Post hac obcessos litus mærere parentes  
Audio, & exutos cedere in exilium.  
Mærorem morbus sequitur, socrumq; necatam  
Materiem luctus, bœn! facit esse novam.  
Patria terra mini, tibi sed peregrina, sepulchrum,  
Sic iterum per TE terra benigna, dedit.  
Interea & fratris falsa amputat atrajacentam:  
Haud leuis in quo nunc spes erat, antè labor.  
Leta seges gravidis messem poscebat aristis:  
Hæm subito tristi grandine quassajacet!

Sunt

Sunt plures, tacitus memori quos pectori volvo,  
Quos caros sangvis consilium ve dabant.  
Hos peste, hos alio obtruncat mors pallida casu:  
Non nusquam & thalamos orbat, amara, patre.  
Quid juvat in multis divisum vivere: multis  
Gaudiare debere, & reddere velle diu?  
Sic toties morimur, quoties resecantur amantes:  
Mortis & in reliquo sensio longa manet.  
O nimium miseros, quos cunq; in amore fideles,  
Gratosq;, & largos, plurima cura fecerat:  
Nimelius quondam seclum soletur amantes,  
Justaq; cum multo fænore vota bect.  
Cœlestem patriam peregrini discimus; orbi,  
Patrem; conjugium & rem, viduata domus:  
Quanta sit aeternum junctis reddenda voluptas,  
Anxia disjunctos cura dolorq; docent.  
Tum demum cœlos oculo haud spectare retorto,  
Quæ spectes alibi cum periere, datur.  
Orapiant citius nostras cœlestia mentes!  
Infera cum possint nulla placere diu. Cstras,  
Sitamen, alme D E U S, quadam & dulcedine mon-  
Quis sit in aeterni fructus amore patris:  
Vergentem in senium viduum servato P A R E N T E M:  
Mutua sit nobis fido in amore quies.  
Omnis ad aeternos cœtus nos ducat imago,  
Dulcia seu jubeas tristia sive pati.

D 3

Non

Non equidem ingrato lamentor pectore, passus  
Nec nil, nec magno nomine digna crucis.  
Si CHRISTUM, & primos servorum specto labores,  
Damna, pericla, famem, scommata, flagra, cruces:  
Hactenus est, quicquid patimur ludusq; jocusq;  
Dignus & impatiens ipse dolore dolor  
Nec tamen in nulla reputatur laude, minora  
Percessos minus hinc & placuisse sibi.  
Contrà, quam solet inspiens sapientia mundi,  
Judicium DOMINI prosperitate probans.  
Scilicet intus amans, tanto est felicior, extra  
Quò primogeniti stigmata plura gerat.  
Hei mihi! cur verè felices esse timemus,  
Solliciti, nimium ne cumulemus opes?  
Omnibus expeditur mollissima semita votis,  
Quæ minimum luctus, quaq; doloris habet.  
Stultitiam tamen hanc toleras, Deus optime, nostra,  
Et modò vis, dantem I' E meliora pati.  
O utinam nullas cogat transgressio virgas,  
Queis sine non possit vita salusq; dari!  
Annueret reliquis multa indulgentia: non sunt  
Nulla infantum etiam ludicra grata patri.  
Oro PATER, socerum, superest & quicquid amicum,  
Quā potè, quam cupimus prosperitate becs.  
Dat si quid precibus melior tua dextera nostris,  
Gaudeat o grato mens animosa sum!  
Si quid

Si quid & indulgens, timidos pueriliter audis;  
Indulges autem plurima, blande pater:  
Tanto erimus, fateor, Christoq; aliisq; minores,  
Quanto in nos fuerit passio missa minor.  
Hoc hilares humili meditabimur usq; timore:  
Passio & hic quedam est, & medicina, timor.  
Sed tulide tuum in nobis PATER optime ludum:  
Ut nobis cunq; est utile, dulce tibi.  
Ut lubet, hic servi spectans certamina, gaude:  
Rursus ut aeternum gaudia victor agat.  
Tantum sufficiens ad dura infundito robur:  
Temperet & sanctus mollia quaq; timor.

SCRIPTA

CONRADO BERGIO  
D. & P.

Ad Clarissimum & Excellentissimum  
Virum

DN. SAMUELEM SCARLACHIUM

Medicinæ D. & Profess. P.

Adfinem & Amicum carissimum.

S It forsan lugere nefas te fata marita,  
SCARLACHI, Medicæ prima columna SCOLÆ:  
Nam genus atq; ortum, quo prodiit ANNA beata,  
Si spectas, certò vix habitura parem est.

Si vi-

Si vitam, ob varias divino in pectore dotes;  
Vivere perpetuo tempore digna fuit.  
Si Mortem, mentem sancto quoq; flamine rexit  
CHRISTUS, & ornavit cognitione sui.  
Is plenos potius lacrymarum congerat amnes,  
Turpi qui luget progenitum Genere,  
Et cui transacta est maculis fadissima vita,  
Et moriens caruit speq; fideq; saera.  
Tu gratare tuis, SCARL ACHI O care, marita,  
Qua denata solo Morte, renata polo est.  
Honoris & amoris ergo fundebat  
Joachimus Chemnitius J. U. D.  
Sereniss. Elect. Brandenburg. Consiliarius & Ecclesiastici Consistorii  
Adsestor Colonie ad Sveum.

ELEGIA  
Ad

Reverendum, Excellentiss. & Doctiss. Virum  
**Dn. CONRADUM BERGIUM**, S. T. D. Bremæ  
ad D. Ansgarii Decanum ac Pastorem, & illustris Scholæ Professorem;  
Dominum Fautorem, ac Collegam suum observandum, amandum,  
honorandum, lugentem geminum funus, utrumq; acerbum, Socrûs  
piissimæ ANNÆ KEMNITÆ, Clariss. & Excellentiss,  
**Dn. SAMUELIS SCARLACHII** Med. Doct. in alma  
Viadrina P.P. quondam conjugis syavissimæ:  
nec non fratriς ēmōuntēis  
dilectissimi  
condolentia restanda scripta à  
**JOHANNE COCCIO**  
Bremæ J. P. P.  
Qui

**Q**ui decus & meritos gratantia nuper honores  
Carmina, nunc canimus tristibus apta modis.  
Scilicet incerta vitam vice vivimus; & quod  
Mane neges, serus vesper, amice, feret.  
Dulcibus inter mistis via, tristia latis:  
Orbe ruunt celeri spes, timor, ira, jocus.  
Ergone MENS vitæ fecem SUPREMA serenis  
Corrigit, aut fellis pocula melle linit;  
Ne pigeat miseræ producere munia lucis,  
Associantq; umbris tædia multa animam?  
Stringit an austoris sordentes temporis bujus  
Delicias, caro quas luxuriosa petit;  
Ne diam patriæ capiant oblivia mentem,  
Et, turpi stupeant oblitera corda luto?  
Utcunq; est, sentire jubet nos sortis utrumq;  
Ingeniumq; hominis consiliumq; D E I.  
Est natura tamen, si quis sua vulnera sentit:  
Laus est, vicinis indoluisse malis.  
Illinc se animus fortis patiensq; revelat:  
Hinc se ex ingenuo pectore monstrat amor.  
Ferre igitur vestrum est; nostrum, tua funera flere,  
Officium haud aliter curet uterq; suum.  
Causa quidem fuerat luctus sat magna, nec isto  
Tempora nos sensu hac ipsa carcere sinunt.  
Est tibi rapta socrus genero jucunda, marito  
Fida mali consors, exiliiq; comes,

E

Solamen

Solamen natis, sperata corona nepotum,  
Primitius quorum sedula mater erat.  
Et virtus amissa immane ut pungat acutum!  
Virtutem egregiam nam pia nata probat.  
Adde, quod exilio & belli terroribus agra  
Egelida noctis regna in amœna adiit;  
Nec potuit nitida recreata ab lumine pacis  
Viventum laudare in regione D E U M:  
Quamquam pace frui poterat vegetabilis atas,  
Si nostra aspiret Numinis aura spei.  
Nunc ea deseruit sacerum quassumq; labore &  
Fractum & vno, dubio vix oriente die;  
Qui, si post nebulas Sol illum aspicerit ortus,  
Tristis agat solos & sine luce dies.  
Nec satis est uno visum de funere vulnus:  
Ecce ibidem fratrem sors inimica rapit.  
Et fuerat tenero frater dilectus amore,  
Et poterat fratres condecorare suos.  
Sed quid ago? an luctum fas est fodicare tacentem?  
An potius plagam consolidare meum est?  
Hoc potius, nec si mentem constantia firmet,  
Sic minus, officium deseruisse, pudor.  
Cum tamen experior, major flagrat arte voluntas,  
Et proprium vobis non medicamen habet.  
Communis, scio, non tardet solaminis in re  
Communi; majus nec ratione malum est.

Non

Non tamen apta eadem delinimenta, ubi dispar  
Æstimiumq; boni & causa doloris adest.  
Illa viris, pueris mage quadrant ista; severos  
Hac, diversa itidem mollia corda levant.  
Pecchet, qui senibus juvenilia gaudia mandet:  
At siccant parvis mellea crusta genas.  
Prima, genuq; labans dextramq; animare stupentem,  
Ars cui; dic, tali qua medicina viro?  
Quam timeo, vestrine nostra emplastra doloris  
Dedeceant animos cum gravitate pios!  
Namq; ego te video naturam audire benignam  
Sic, ut sit potior, te gemere ista, dolor.  
Carne caro rescissa dolet: non saxe a fibra est.  
Nec, sentire nihil, est sapientis opus.  
Est Sapientis opus, verum internoscere falso,  
Fallax ne mentem ludat imago catam.  
Perspicis, hoc mortem non esse, ubi fata vocant nos:  
Nec vitam, vita quod modò nomen habet,  
Ille puer matris maneat si clausus in alvo;  
Fons illi vita tymbus & orcus erit.  
Editus in lucem dicetur vivere; sed tunc  
Membra dolet genitrix, gaudia mente fovet.  
Hac vita morimur, depulsi luce, tenebris:  
Lucem anima è tenebris morte renata videt.  
Perspicit hæc sapiens; quodq; haud sapientia præstet,  
Angitur, in tanto non lacrimare bono:

*Angitur extorrem se illâ tabescere vitâ:  
Aut, se animo haud agro luce carere, dolet.  
Nostrane placabunt istos lenimina morbos?  
Nulla hos exposita mitiget arte manus.  
Si tamen extremi suasus admittis amici,  
En fidum, si non utile, consilium.  
Si ratio & natura ferat, gaudeto libenter:  
Sive eadem tulerit, collacrimare juvet.  
Sic moderata fluet suavi modulamine vita,  
Nec sale vel nimio tadia melle dabit.  
Sic facere & regi poteris jucunda supremo,  
Militiaq; vices latus obire tua.  
Sic, voveo, seros SCARLACHUS clarus in annos  
Vivat, nec secum vivere triste putet.  
Sit pro conjugio venerandis laurca canis,  
Et genero & multa stirpe beata domus!*

ALIA.

*SCARLACHI, Aonidum decus immortale, parentis  
Divini Hippocratis clara propago Senis,  
Siccine, quos Mortis, quos mille pericula Martis  
Turbârunt nostris sedibus atq; focis,  
Juvit & hanc, aliasq; dein proficisci Urbes,  
Possemus tutas tandem ut habere domos!  
Decipimur? dum Morbonia & Mors undiq; nobis  
Multiplices technas insidiasq; struunt,*

*Hosq;*

Hosq; vel affigunt lecto, affixosq; fatigant,  
Hos sed precipitant è thalamo in tumulum.  
Longius haut opus est exempla ut plura petamus,  
Expertus loquor hoc; Testis & ipse mihi es.  
Expertus loquor hoc: namq; ardens quer quera Febris  
Me variis torfit nocte dieq; modis.  
Testis & ipse mihi es, nam Gnatus febre laborat,  
Ac Uxor macie concidit & moritur.  
Uttaceam reliquos, quos inclemencia Mortæ  
S V E T I, alibiq; loci sueta necare fuit.  
Sic est: victricis sunt legibus omnia Mortis  
Subdita, nullius Mors superanda manu est.  
Sed bene: vivit adhuc, qui Mortem morte jubegit,  
Et vitam reddet SCARLACHIA ANNA Tibi.

Τῆς συμπαθείας ἡ φιλίας ἐνέκε  
deproperabat

SED INI Pomeranorum

XXVI. VIIbris, Anno

M.DC.XXI.

ELIAS REEWALDUS U. J. D.  
Academiae Francof. Syndicus:

Dis Manibus

SOCRUS CARISSIMÆ

ANNAE CHEMNITIAE,

DN. SAMUELIS SCARLACHI Philosoph.

& Medicinae D. & Professoris

celeberrimi

Uxor desideratissimæ.

E 3

O me

**O** Me felicem ! si vel tu tardius essem  
Mortua, vel citius, **S E A R L A C H I A A N N A**, tuus  
Factus ego Gener, & dupliçari gaudia nostra.  
Vidissem, quæ nunc morte minuta tua  
Et protracta simul : Sacerum dum mœror acerbus  
Enicat, & constans omnia vincit amor.  
Si tamen est aliquis sensus Dls Manibus horum,  
Heic quæcunq; agimus perpetimurq; pij;  
Non dubium est, votis etiam te jungere nostris  
Vota tua, o longum vivere digna Socrus !  
Cui cum non aliter possem persolvere grates:  
Me Saceri cogit collucrumare dolor,  
Donec, te, yultuq; tuo non sponte carentes,  
Cœlestis jungat nos simul una domus,  
Aucturos famam interea laudesq; bonorum  
Gratia utrinq; genus multiplicante **D E I.**

Melchior Polisius Philoso-  
phie & Medicina D.

### QVERELA VIDUI.

**E**Rgo erat in fatis, ægerq; senexq; jubebar,  
Aetatem in viduo transligere antè toro.  
Remq; meam & vitam famulis concedere solis,  
Et fures alere, heu, Harpyiasq; domi?  
Nec mihi, quod vovi, ignarum decedere amoris,  
Fas fuit, & dura lege carere tori.  
Sisine te potui syayissima vivere conjux,  
Cur mi in conjugio vivere velle datum est?

Cui

Cui liber visus semper jucundior esse  
Lectulus, & vita cœlibe nulla prior.  
Nonne fuit satius, nunquam expertum esse mariti  
Svave jugum, casti deliciasq; tori?  
Jamq; voluptatum fructu m̄ harum omnium, & usu  
Planè interdictum Morte tua esse, scio.  
Nec doleo hoc; sed tecum unà decadere, eodemq;  
Et tumulo & thalamo non potuisse tegi,  
Id doleo. Omnesq; ex animo dehinc deleo pulcras  
Fæminei cœtus virgineiq; Deas.  
Nam si annos juvenis septem & sex lustra peregis,  
Ignarus Veneris (testē D E O) & thalami:  
Cur non fortè dies paucos sine compare vivam.  
Jam viduus, tumulo jam propiorq; senex?  
Jamq; cataphractum nunquam visurus in armis  
Dehinc natum, si quis postumus esse volet.  
Aut mihi si libeat, ductaq; uxore secunda  
Curare hunc morbum mœstitiamq; velim?  
Vix talem tanto genere ortam, atq; indole tanta  
Ullam aliam posthac me reperiire puto.  
Quod si igitur simili despero uxore potiri: cen?  
Quid sperem, eam dem amens si repetam Eurydi-  
Non eadem est Lyra, nō eadem ars, nec gratia, pulcræ  
Quæ quondam Eurydices Orpheo erat Domino.  
Ettamen ipse feras quam vis, & saxa movere,  
Et silvas visus, flexanimisq; modis

Dilectam

Dilectam ex Orco Eurydicen revocare studeret:  
Vix potuit surdas cantu aperire fores.  
Rectius ergo ducis mentem exemplumq; secutus  
Isaidæ, erectum ad sidera tollo caput.  
Et quia te, certum est, nunquam ad nos vellere reverti,  
Me vero ad te iterum posse redire brevi:  
Hac spe consolor me ipsum, & placidâ erigo morte,  
Funeris & digno semper honore tui.  
Nam quamquam procul à Genero, nataq; SABINA  
Occidis: & matri filius exsequias  
Unicus it parvus: parva cum nepte sequuntur  
Natæ innuptæ aliae, cum paribusq; pares:  
Magna tamen pietas aliorum, inq; advenam amicum  
Laudandum studium, curaq; grata D E O.  
Ipse HILTEBRANDO adfini, ALBINOq; rependat  
Præmia pro meritis, EICHSTADIOq; pio,  
Et quicunq; alii exsequias ivere frequentes,  
Illustres Medici, juridiciq; viri.  
Doctaq; LEBUSCHNERO cum præceptore juventus  
Quiq; humeris pheretrum sustinuere suis,  
Præstantes juvenes, sacræq; exsangue cadaver  
Aedis in augusto deposuere loco.  
Et nunc, ANNA, vale, ô mea sola & prima voluptas,  
Et fruere æterna lœtæ quiete animæ.  
Annorum ipse satur te mox sequar, altera & umbræ  
Umbratuæ campis reddar in Elysia.

Pignora

Pignoranostra D e o tutori maximo & uni  
Curæ semper erunt, ne dubita, & G E N E R O:  
Nosq; brevi, atq; illos pariter, carosq; nepotes,  
Cœlestis junget perpetuò una domus.  
Ergò iterum mea vita vale, vale, ô A N N A beata,  
A N N A vale, æternum ô mea vita vale.  
Donec mox rediyyo animæ cum corpore junctæ  
Non disjungemur morte iterum ulla alia.  
Hic peregrinandum, migrandum, & juge ferendum  
Exilium : Cœlum qui tenet, in patria est.

## TUMULUS.

A NNULA M ATTHIAE quondam carissima nata  
C H E M N I T I I, atq; uxor S CARLACHII Medici,  
Direptam patriam fugiens, Martisq; furorem,  
Morte obita hic longum finijt exilium.  
Simplicitas, sanctusq; Pudor, lugete, Fidesque :  
A N N A jacet yestro C H E M N I T I A exitio.  
Tu verò, hospes, si mentem mortalia tangunt;  
Disce mori: V A N U M est & breve, quidquid ho-  
mo est.

PSALMO XXXIX.

v. vi.

U n i v e r s a v a n i t a s o m n i s h o m o .

F

CARMEN

CARMEN PANEGYRICUM  
IN LAUDEM  
HONORATISSIMÆ FAMILIÆ  
**CHEMNITZIORUM**  
Postremò auctum & cor-  
rectum.

**C**HEMNITIA gentis clarissima lumen quondam  
Nunc M A N E S, salvete pij, æternumq; valete!  
Fas mihi per laudes vestras, & fortia eunti  
Facta, vetus memorare genus, quodq; amplius annis  
Ter centum, foris atq; domi, belloq; togaq;  
Floruit, & patriæ plures, generisq; columnas  
Edidit, arte viros celebres, aut Marte potentes,  
Quis patria indigenis meritò se M A R C H I A jactat.

MARTINUS PRIMAS MARTINUS primus tulit: ille TRIDENTINI  
Horror C O N C I L I I, cuius decreta minasq;  
Ore refutavit docto, scriptisq; disertis,  
Constanti L U T H E R U M animo calamoq; secutus,  
Immortale decus generis, Vatumq; bonorum.  
Testes sunt libri & scripta aurea, quæq; vetustas:  
Nulla abolere potis, fatorum injuria nulla.  
P R U S S I A quem coluit juvenem, BR Ü N S V V I G A docentem.  
Admirata senem est, & condidit ossa sepulcro.  
Emeriti: nitidis se Spiritus intulit astris,  
Æternum in terris nomen, laudemq; relinquens.

SABELLUS. Non longo hunc intervallo spatioq; secutus  
Z A B E L L U S, Christi servus, fidusq; P H I L I P P E  
Discipulus: cuius doctrinæ immotus adhaesit  
Perpetuò, sprexitq; odia, & convicia dira.  
Ingratiorum hominum: quos famam & scripta P H I L I P P I  
Suggillare tulit graviter, post funera demum.  
Damnatum insolentem excusans: cum S T E N D A L I A ipsum  
Pastorem,

Generalis ve- Pastorem, atq; vetus GENERALEM MARCHIA haberet  
tatis Marchie Rerum Inspectorem sacrarum, pacis amantem.  
Superinten- Communisq; boni : adversum nulli, omnibus æquum.  
dens. Nunc illic placida compostus pace quiescit,  
Et CHRISTI servare, & præceptoris amorem  
Nos monet, atque nihil, nisi turpia facta, timere.

MATTHIAS MATTHIAS sequitur, primusq; hoc nomine claret,  
Justus. Quem puerum patrio nido mox expulit ingens  
Doctrinæ & Virtutis amor, longèq; removit  
Trans Tiberim & Sequanam rapidâ, Thamesisq; fluenta,  
Undiq; thesaurum doctrinæ artisq; parantem,  
Florilegæ instar apis: eumdem reducemq; reversum,  
J. U. D. Con- Donatum Lauruq; sacra, Themidosq; brabecœ,  
fistorii Præses. Erexit, toti patriæ, patriæq; parenti,  
Carum æquè civem, columenq; utriusque Senatus:  
Quem summus rexit PRÆSES, justissimus unus,  
BRENNONUM illustri quandam qui præfuit AULÆ.  
DI sanctis umbris sedes in Valle Beata,  
Elyriasq; auras, & ameni gaudia campi!  
Unde videns sobolemq; suam, carosq; nepotes,  
Seq; suumq; genus parvorum in imagine noscit  
Lætus avus. SOCIUS nos thure fovebimus ossa,  
Et flores tumulo & gratos spargemus odores:  
Sic fas: hac maneat nostri in pietate nepotes,  
Et fortunati calcent vestigia avorum!

NICOLAUS TERTIUS his frater, Medicus NICOLAUS, eodem  
Medicus. Recte informatus sub præceptore PHILIPPO,  
Virq; doli expers plane, & vafræ fraudis: ubi esset  
Doctrina & studijs præclarum nomen adeptus:  
Maluit in patria privatus ducere vitam,  
Nulli adversari, cunctis prodesse, PHILIPPI  
Exemplo, famam aucturus laudesq; honorum.  
O felix tali quandam PRITZV ALDIA cive!  
Qui sanam sano servare in corpore mentem,  
Et multos magnos morbos curare quiete

Te dochit primus, parcoq; avertere victu.  
Pone tuo Hippocrati statuam, & capiti adde CORONAM,  
Tali clara viro PR'IZYV ALDIA, & altera Coqs,  
Non habitura parem Medicum, vitæq; Magistrum.

Martinus II.  
Martini I. F.

Te nunc ordo meus tangit, MARTINE SECUNDE,  
Justitiae interpres primus, Roseiq; LYCI  
Quondam ingens Lumen: mox Cancellarius aulæ,  
Deliciæq; Ducis POMERANI, oculusq; PHILIPPE.  
Quo fato functo ante diem, totaq; PHILIPPUM  
Lugente Europa, nulli virtute secundum  
Doctrinaq; Ducem: HOLSATIAE Dux inclytus ipsum;  
Jamq; ætate gravem & meritis suscepit, honore  
Dignatusq; pari est. ubi, cum GERMANIAM iniquo  
Et sœvo implicitam bello, funusq; doleret  
Nunc Libertati duci, nunc Religioni,  
Consiliisq; nihil spatiiq; loci, relictum:  
Maluit antè mori, patriæ quam fata videre,  
Servitiiy jugum foedum, atq; immane subire.  
Disq; exauditus, de scena in tempore liber  
Decessit, Nato jam successore religo.

Martinus III.  
J. U. D.

MARTINO. quem post SVETIAE REX GUSTAV ADOLPHUS  
Militia comitem, fidumq; abduxit Achatem;  
Illiussq; opera, facundiq; eloquio oris  
Ulus: cum totum bello perterritu Orbem,  
Ut Libertatem Imperio, Pacemq; referret,  
PRO CHRISTO effundens VICTOR cum sanguine Vitam.

Joachimus I.  
Senior J.U.D.

AD SIT nunc, nulli ingenio aut pietate secundus,  
IOACHIMUS, magnorum haut unquam indignus avorum.  
Qui postquam Themidi totum, patriæq; saluti  
Se devovisset, magni columenq; Senatus,  
Et CONSISTORI adfessor primarius alter;  
Non uni Electori operamq; aulæq; locasset,  
Jam rude donandus: præmissa conjugé cara,  
Decessit vidiuus, cœliq; in regna receptus  
Alloquo fruitur divum amplexuq; parentum;

In ter-

In terris vivit post funera nobile nomen.

**H**i sunt, C H E M N I T I O prisco de sanguine primi,  
Quos hodiè ante alios, vitali lumine funetos,  
Laudibus evehimus, Musarum castra secutos,  
Nobileq; ingenio & doctrina nomen adeptos.  
Namq; alios dudum sua quosvis secula norunt  
Præterita, & digna extollunt ad sidera laude.

Nec Libitina tamen, nec Cœlum possidet omnes:  
Sed superest, sitq; opto diu super, ortus eodem  
Sangvinē non nemo, quiq; æquè nobile nomen  
Arte aut Marte sibi peperere, & fortibus ausis.

**M A T T H I A S** L.  
**Nati.**

Inclita præ reliquis M A T T H I A S est mascula proles,

Tres animæ, quales nec Phœbus candidiores

Illucet, quorum natu majorq; priorq;

**H E N R I C U S**, materni ab avi sic nomine dictus,  
G O L T B E C C I q; nepos: quem primùm castra secutum  
Musarum, ingenuis imbutumq; artibus antè,  
E medio cursu studiorum, in flore juventæ,  
Abripuit Virtutis amor, & gloria dextræ.

Hinc tyro A U R A I C O primùm sub P R I N C I P E forti  
Aere merens parvo, mōx & Capitanei, & ingens

Militiæ nomen Præfecti, & munus adeptus:

Perq; gradus tandem ad summos evectus honores,

Celsa tenet, Præsesq; regit nova moenia R H A Z E ,

G E L D R I A finitimis struxit quæ invisa BRABANTIS.

**N I C L A U S**  
Præfectorus  
militiæ.

Nec minor hoc natu minimus, N I C L A U S, eodem

Sub duce tyro mērens, & Belgica castra secutus,

Rem pariter, laudemq; invenit fortibus ausis:

Donec M A U R I C I F hortatū assensuq; M A G I S T R I ,

Primus S T R A L S U N D A lectus Capitaneus urbis,

Sat longo hanc Spātam exornavit tempore: sapè

Armatusq; hosti ostendit, quid Marte valeret:

Cùm cives premeret durā obsidione paventes

Cæsar, & externo vastaret milite campos.

Qua fama motus S V E C I A E R E X, inclutus heros,

Militiæ

Militiae electum Præfectum, & castra securum  
Regia, præ reliquis magno complexus amore est.

JOANNES  
MATTHIAE F.

At quem te memorem, quo te generose reponam  
Digno, JANE, loco? qui prima à parte juventæ,  
Erepto ante diem mature utroque parente,  
Gessisti adversa adsiduum cum Sorte duellum,  
Nec mens illecebris viæta est heroica pravis:  
Dùm CHRISTO & SOPHIAE primis devotus ab annis,  
Ingenuasq; artes, & linguis, Juraq; doctus  
Egregiè, ad rectamq; probè informatus amissim:  
Antè peragrata Europa, terraq; mariq;  
Expertus variam Fortunam: artemq; modumq;  
Informandi aciem edocet, castrumq; locandi  
Solerti ingenio & forma: regisq; POLONI  
Primùm castra sequi, jugulumq; opponere TURCAE  
Hosti ausus: donec SYECORUM à rege vocatus,  
Et dubitans, aulæ malisné obstrietus, an Urbi  
Augustæ esse: diuq; hac alto pectore versans,  
Urbem elegisti GEDANUM: magniq; Senatus  
Consilia & secreta tenes, gentisq; BORUSSÆ.

JOACHIM. II.  
Primi Fil.  
J. U. D.  
Consil.

Salve, JANE, pii generis Lux splendida, salve  
Tu germanorum fratrum pulcherrima triga!  
Priscum perge genus, famamq; extendere factis.  
Pergite vos etiam, CHEMNITI è sangvine nati  
Cuncti alii. inter quos te, ô JOACHIME SECUNDE!  
Prisci ornamentum generis, nostriq; Lyeci,  
Primo appello loco. longo qui tempore vastum  
Emensus Juris pelagus, Lauruq; potitus,  
Parris aviq; geris munus, juvenisq; Senatum,  
Confessumq; Senum exornas, belloq; togaq;  
Consiliis patriæ nunquam succurrere celas.  
Sis felix, aulæq; diu, nobisq; superstes,

Prisci ornamentum generis, patriæq; perenne. (MI!)

JOACHIMI I.  
απογεων. TU verò Umbra Patris, JOACHIMI anima inclyta PRI-  
Qua nunc parte Poli clara inter sidera degis,

Stulti-

Stultitiamq; hominum, versasq; ad turpia curas,  
Divitiasq; inopes, & tristia gaudiarides:  
Jamq; vides, nosciscq; tuos proavosque, patresque,  
Agnatasq; animas plures, genus omne tuorum:  
Et tres DIETEROS, patriæ tria lumina, FRATRES,  
Et consangvineos, subito tua fata secutos:  
Adfinesq; novos, præclari nominis omnes,  
Noscis ibi, grataq; oculos in imagine pascis:  
Salve iterum, atq; iterum, salve, ô JOACHIME, beate!  
Salvete illustres animæ, Salvete virorum  
Clarorum MANES, iterumq; iterumq; VALETE,  
Nos miseri, & patriæ servati in funera soli,  
Sisyphi ibi immane, & semper revolubile saxum,  
Præcipitem in montem pergamus volvere, donec  
Ipsi etiam ingrato sub pondere succumbamus.

Vos verò interea CHEMNITI Æ sangvine casto  
Vel nati, vel nascendi omnes, germina læta!  
Seu quocunque modo agnati, adfinesvè futuri!  
Etu CHEMNITIA natus, nate unice, matre,  
(Heu matre, erepta ante diem, cœloq; recepta!)  
Sola men patri viduo, baculusq; senectæ!  
Vos teneras compello animas, vos alloquor, oror,  
Obtestorq; Senex, votisq; unum omnibus opto:  
Ne genere indignum tanto, vel nomine utroque,  
Ventura ulla unquam vobis verè exprobret ætas:  
Sed fitis CHRISTO & PATRIÆ electa organa cuncti;  
Adspirante DEO votis, cœptisq; favente:  
Vestra etiam ut maneat virtute, & laude, beatum  
CHEMNITIUM in cœlis, in terris nobile nomen.  
Sic voveo ex animo: votis DEUS annue Vatis,  
Famaq; sœpè meos beet hæc lætissima MANES;  
Devotos MANES generis, patriæq; saluti.

S. S. D.

¶(o)¶

ANNA MAT.  
TMIE F.

